Crac. Univ. Jagell.
Ordinis Philos. Univ. Jag. Crac. Conclusiones ex libris duodecem Aristotelis dogmaticae metaphysicae depromptae.

CONCLUSIONES
Ex Libris duodecem Aristotelis Dogmaticæ Metaphysicæ
DEPROMPTÆ;
atq;
Ad disputandum in Collegio Majori, Regiæ Universitatis Cracoviensis publicè
EXPOSITÆ.

Annô Domini 1744 Die 25. Mensis Januarij.

I.

METaphysicam (quæ est contemplativa Entis realis, per se, completi; & ab omni materia abstracti) esse necessariam ex parte intellectûs, ex parte scibilium, & scientiarum particulariũ.

II.

METaphysica est Sapientia, quæ in altissimarum causarum & primorum principiorum cognitione versatur.

III.

METaphysica, non humana, sed Divina possessio est: estq; scientia libera & honorabilissima.

IV.

Atomistarum atomi, Empedoclis 4. elementa, Pythagoreorum numeri, Platonicorum ideæ, pro principijs primis rerum naturalium nequeunt subsistere.

V.

IN quovis genere causæ, si procedamus in directum, semper deveniemus ad primam & supremam causam.

VI.

NOn dantur universalia separata secundùm esse à singularibus; nec principium rerum formale compositum ex materia & forma.

XXIX.

PRimum Movens non est in magnitudine.

XXX.

DAntur Motrices orbium Cæli, quæ dicuntur Intelligentiæ, subordinatæ Primo Motori, quarum numerus, ex numero mobilium, malè infertur.

XXXI.

INtellectus Primæ immaterialis Substantiæ, nunquam est in potentia, estq; suum intelligere, & substantia ejus.

XXXII.

PRima substantia non intelligit alia à se, quod sit perfectio suæ intellectionis; intelligendo tamen se, omnia alia intelligit, idq; sine discursu, nec componendo, nec dividendo.

XXXIII.

DAtur in rerum natura tale Bonum, ad quod totum Universum, tanquam ad finem ordinatur.

XXXIV.

ET tale Bonum, est unum & optimum totius Universi, Quod est Princeps ejus, nimirum omnium rerum Conditor DEUS.

Cui
In Trinitate Uni, & Trino in Unitate, per Quem omnia suavissimo & Sapientissimo imperiô gubernantur; in Quo omnes vivimus, movemur, & sumus, sit perennis Laus Honor & Gloria.

Permissu Magnifici Domini
RECTORIS.

~~Cracoviensis Studii Univ. Jagell.~~

~~Conclusiones ex libb. XII Aristotelis dogmaticae~~

~~Metaphysicae depromptae~~